



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 176. Decretum de festo Visitationis Beatæ Virginis Mariæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

se Nationi Germanicæ, quod quandocun-  
 que Imperator & ceteri Principes se pro  
 Synodo, quam proxime celebrandam sta-  
 tuissent, declaraturi forent, in illa Feli-  
 cem Præsidis vices non suscepturum, sed  
 Concilium in omnibus processurum,  
 quemadmodum ante electionem Feli-  
 cis (\*) factum fuisset.

## §. CLXXVI.

*Decretum de festo Visitationis  
 B. Virginis.*

Igitur Constitutionem edunt de celebra-  
 da festivitate Visitationis Beatæ Vir-  
 ginis; nullam tamen in hoc Decreto  
 de Felice Papa mentionem faciunt,  
 decernentes, ut per singulas Christianorum  
 Ecclesias quolibet anno sexto nonas Julii  
 festum hujusmodi visitationis gloriosæ Vir-  
 ginis

Sæcul. XV.  
 A. C. 1441.

Collect. Conc.  
 tom. 12.

(\*) Merito Spondanus ad hunc annum  
 num. 4. subjunxit: *At quod hoc monstri ge-  
 nus, ut corpus fieret sine capite, caput sine  
 corpore? Verum & nos istud divina providen-  
 tia permissum existimamus, ne vel umbra qui-  
 dem Romani Pontificatus eorum instituta sive  
 illa in se pia, sive impia, certa semper absque  
 ulla legitima auctoritate fabricata, velata dici  
 possent . . . . O bellum Pontificem! o fœdam  
 colluviem!*

Sæcul. XV. *gini celebretur. Hoc igitur amplectantur*  
 A.C. 1441. *Christi fideles, omnibus vero Christi fide-*  
*bus, qui matutinis, Processioni, Sermoni,*  
*Missarum solemnibus, vel primis aut secundis*  
*vesperis hujus festivitatis interfuerint, pro*  
*unoquoque officiorum prædictorum centum*  
*dies de injunctis pœnitentiis misericorditer*  
*elargiuntur. In hac eadem Sessione Al-*  
*phonfus Arragonum Rex, ut Rhodiorum*  
*Insula a Turcarum violentiis propugnari*  
*valeret, ex omnibus Clericorum bonis*  
*decimam partem imperari, a Basileensibus*  
*postulavit, pollicitus, se omnem o-*  
*peram navaturum, ut hæc pecuniarum*  
*summa ex Regni sui proventibus refarci-*  
*retur. Verum Basileenses, cum Eccle-*  
*siasticorum corpus in duas factiones scis-*  
*sum esse, probe intelligerent, Regis hi-*  
*sce precibus deferre, haud e re fore ju-*  
*dicarunt: quapropter Alphonfus saltem*  
*intra Sabaudiaë fines ejusmodi decumas*  
*imponendas, iterato rogavit, sed denuo*  
*repulsam tulit.*

## §. CLXXVII.

*Pacta Mediolanensis Ducis de præ-*  
*standa Felici obedientia.*

*Acta Patricii*  
*tom. 13. conc.*  
*p. 1595.*  
 Philippus Mediolanensium Dux, jam a  
 longo tempore Oratoribus suis nego-  
 tium dedit, ut cum Basileensibus age-  
 rent de conditionibus, sub quibus Felici  
 obe-